ALEXANDER PP. VII

Morbio 27 (53)

Dilecte fili Salutem et Aplicam ben. Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita Super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio Nos inducunt ut te Specialibus fauoribus et gratijs prosequamur, Cum itaque Sicut nobis nuper exponi fecisti tu qui ut asseris ut parentibus tuis solatio esse possis et feruore deuotionis accensus ad Sacrum Pbratus ordinem quantocitius promoueri Summopere desideres, Nos te premissorum meritorum tuorum intuitu Specialibus fauoribus et gratijs prosequi volentes et à quibusuis excoñis Suspentionis et interdicti alijsque eccliicis Sententijs censuris et poenis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis Si quibus quomodolibet innodatus exis ad effectum psentium duntaxat consequendum harum Serie absoluentes et absolutum fore censentes Supplicibus tuo nomine nobis Super hoc humiliter porrectis inclinati, Tecum ut Si et quando tredecim menses tantum tibi de aetate ad id à Sacro Concilio Tridentino requisita defecerint, defectu huiusmodi nonobstante Si nullum aliud canonicum tibi obstet impedimentum et dummodo tu ad id idoneus reperiaris Seruatisque alias Seruandis ad dictum Sacrum Pbratus ordinem promoueri et promotus in illo etiam in altaris ministerio ministrare libere et licite possis et ualeas aplica auctte tenore psentium dispensamus nonobstan. Constitutionibus et ordinationibus aplicis ceterisque contrarijs quibuscumque Datum Romae apud Sanctam Mariam maiorem Sub Annulo Piscatoris die vij Maij MDCLviij Pontus Nostri Anno Quarto

S. Gualterius

Dilecto filio Joanni baptiste Sorolefoni Clerico
Mediolanen Ciuitatis uel Dioc.

1658
Mai 6

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 27 (53)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1873442572-14/fragment/page=0002